

tur, & veritate, iā nō illū præcederent, sed imitatio tequeretur. Præcedūt naq; ducē, q̄ illius ducatu contēti nō sunt, ip̄ si sibi semitā qua ambulēt, quærūt, qui sua volūtate nō illius p̄ceptis diriguntur, ac regulis. Nā q̄ sequit̄ iter suū, ac passus p̄cessoris sui gressibus moderatur, qui verō præcedit, ip̄ se sibi ambulā dī regula est. Itaq; Christū præcedere intelligitur, qui suā dño præferit volūtatē, primō sibi, deinde illi moliantur peruerso ordine placere. Contra quos Sapiens. Eccl. 2. ait, Oculi sapientis in capite eius, stultus autem in tenebris ambulat. Quæ exponens beatus Grego. ho. 2. super Ezech. ait, Tunc in capite oculos habemus, cum viam redemptoris nostrī, qui est caput omnīū nostrum tacita cogitatione conspiciamus, & omnis nostra intentio in eius se imitatione erigit, ne si vias lucis aspiceret oculus mentis neglexerit, statim clausus in erroris tenebras cadat. Ab illis ergo, qui lucem Christum præcedūt impediri solent, qui corde ad dominum, & opere pro sua illuminatione clamat. De quo clamore beatus Aug. serm. 18. de verbis euang. ita ait, Apertē dico, Timeo enim & Iesum transeuntem, & manentē, & ideo tacere non possum. Bonos christianos verē studiosos, volentes facere p̄cepta Dei, quæ in euangelio scripta sunt, christiani mali, & tepidi prohibent. Turba etiam, quæ cum domino est, prohibet clamantes. i. bene operantes, ne perseuerant sanentur. Et quō prohibentur? verbis, & operibus. Nam siquis incipit contemnere mūdū spernere cū suis voluptatibus seculum, dispergere sua, & dare pauperibus. Hoc enim est clamare ad Christum, ne fortē ad idem Aug. dicit, simus strepentes, vocibus, & muti moribus. Qui in quā sic voce, & opere ad Christum clamant, omnes sui cognati, amici, vicini, affines, qui diligunt seculum contradicūt, dicentes. Quid insanis? Nimiū es, ista dementia est? Nunquid alii non sunt christiani? Ista stultitia est &c. Nec solis vocibus comprimunt bonos christianos mali, sed & malis operibus, & exē-

plis, quorum malē viuentium multitudo est innumerabilis, sicut scriptum est. Stultorum infinitus est numerus. Eccl. 1. Ecce quomodo vno conuerso non solum plurimi conuertuntur, sed etiam hunc ne conuertatur, & viuat totis natione conatibus impedire. *1. 1. 1. 1.*

Sed quid faciet cæcus pro sua illuminatione addūm clamans. i. peccator cōse conuertit desyderās? Nā oīs peccator cæcus, quia oīs malus ignorās. 3. Eth. Certē clamat, dicit Aug. Nō deficiat, neq; ducatur quasi autoritate turbarum, nec eos qui priores christiani sunt malē viuentes, & bonis operibus inuidentes imitentur. Non dicat, quō viuunt illi tā multi, sic viuam & ego, memor scripture, Ne sequaris turbam ad faciendū malum: nec in iudicio populorum acquiescas sententiæ, vt à verō deus. Exo. 23. Sed constanter perseueret clamando (etiam in turbas increpantes, insultantes, reuocantes) ad dñm, quousque perueniat clamor eius ad Iesum. Nam qui perseuerauerit, ait Aug. non attendens turbas prohibentes, neque magnipendēs, quod videntur cum Christo ambulare. i. quod christiani sunt, si plus ama uerit lucē, quā Christus daturus est, q̄ timuerit strepitū prohibentē, nullo mō sepabit, sed itabit Iesus, & exaudiet illū.

Quid autem primum patet quis in initio suæ conuersionis, sua petitione cæcus ille ostēdit, q̄ non aurū sed lucē quærūt, parū pendit extra lucem aliquid quærere. Quoniam & si habere cæcus quodlibet potest, sine luce tamen non potest videre, quod habet. Imitetur ergo eum fratres ait Gregor. in homil. quem & corpore audiuimus, & mente saluatum. Non falsas diuitias, non terrena dona, non fugitiuos honores à domino, sed lucem petamus. Nec lucem illam, quæ loco clauditur, quæ cū tempore finitur, quæ noctū interuptione variat, quæ à nobis cōiter cum peccatoribus cernitur. Sed quæramus lucem iustitiæ, quatenus oculis mentis videre possimus, & cognoscere, & semper videre, quæ iusta sunt, & placita deo. Iustitia. n. via est, qua veniunt ad illam

Peccator
se conuertens ad
Christū
quid faciat.

1. 1. 1. 1.
1. 1. 1. 1.
1. 1. 1. 1.
1. 1. 1. 1.
1. 1. 1. 1.
1. 1. 1. 1.
1. 1. 1. 1.